



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De exco[m]municationis absolute cap. 14. 15. & 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Cap. 14. 15. & 16.

Pluribus excommunicationibus detentus, pluribus indiget absolutionibus. Absolutio autem duplex est, in foro exteriori, & in foro interiori vel conscientię. *Prima potest dari etiam à non sacerdote * secunda ad sacerdotem tantum spectat, sed debet esse sine conditione futuri, & tunc tantum danda quando excommunicatus est satisfacere paratus. Forma absolutionis nõ est certa, ideo illis verbis sufficit uti, quibus absolutionis exprimaturs actus. In absolutione solemni primo iurare cogunt absoluendum Ecclesię & absoluentis præceptis parituros. de hinc cum psal. & oratione dominica verberibus etiam additis, pœnitentem absoluit dicentes, Absoluo te à vinculo excommunicationis quod incurristi, & restituo te sacramētis Ecclesię, ultra enina aliquid addere, haud est necesse.

Absolutio iniusta, valet, nō tamen per vim, & metum extorta, etiam si iusta esset causa: quando vero causa est expresse falsa, absolutio est nulla, nisi vt sic etiam iudex intenderet absolvere. In mortis articulo etiam simplices sacerdotes, & à peccatis, & à censuris reseruatis absoluant. Concil. Trid. Sess. 14. cap. 7. At cum primū pœnitens euaserit periculum, & cōmodè potuerit, debet se ei præsentrare, qui verè ac iurè poterat, eum absolvere. Qui autem morte præuentus absolui potuit, si ante ostendit contritionis signa, & absolutionem petit, etiam mortuus absolui poterit, & in sacro sepeliri, etiam si fuisset hæreticus. Extra mortis articulum simplex sacerdos absolvere non potest à maiori excommunicatione sine priuilegio, nec similiter ille qui habet iurisdictionē impedītā laicus vero ne quidem in eo articulo. Ab excommunicatione

reservata ille solus & omnis (præterquam in certis quibusdem casibus) absolvere potest, qui eam sibi reservavit, à non reservata verò etiam à Papa lata, absolvere potest ordinarius, & proprius confessorius habens à mortalibus absolvendi potestatem: qui licet iurisdictionem non habeat, absolvere videtur ex Papæ commissione. Extra proprium territorium, nec ordinarius excommunicare, vel absolvere potest etiam subditum sine licentia diæcesani saltem ubi est necessaria cognitio causæ cum strepitu forensi, nam secus potest.

De minori excommunicatione.

Capit. 17.

Minor excōmunicatio privat tantū sacramentorum passivaparticipatione, quare minori excōmunicacione detēti, si sacramēta sumant, mortaliter peccāt: nō tamen fiunt irregulares